ti ex ipſis moꝛiebantur.

d **Einde amo**to exercitu venit ī quendam locum in quo erāt beſtie que habebāt vngulas vt porci. Erantq; ipſe vngule late pedibus tribus. cum quibus milites alexandri feriebāt. Similiter ipſe beſtie habebant capita vt porci. Caude v̄o erant vt caude leonis. Mixti autem erant inter eos griffones qui facies militū velocitate maxima feriebāt. Erant tante foꝛtitudinis vt equum cum milite depoꝛtarent. Alexander autem timens et diſcurrens hinc et inde milites confoꝛtabat. et ſagittis ꝛ contis illos viriliter expugnabant. Moꝛtui ſunt ex ipſo certamine milites ducenti ꝛ octo.

e **Xinde amoto** exercitu venit ad quendam fluuium magnū valde. cuius latitudo erat ſtadioꝛum viginti. Eratq; ipſa ripa plena arundinibus altitudine ꝛ groſſitudine maximis. Quas cum vidiſſet alexander precepit militibus ſuis vt facerēt nauiculas ex ipſis arundinibus et coriis appoſitis tranſmearent.

h **Omines au**tem terre audiētes aduentum Alexandri obtulerunt ei munera ſcilicet ſpongias albas et purpureas mire magnitudinis ꝛ conchas maximas. ꝑ ſingulas duos vel tres ſextarios continētes. Necnon ꝛ tunicas de vitelis marinus confectas. Et vermes quos de ipſo fluuio attrahebant. quoꝝ groſſitudo erat maioꝛ coxa hominis. et eoꝛum guſtus erat dulcis vt piſcis. Attulerunt etiam focas rubicūdas ꝛ maximas valde. ꝛ moꝛenas quas ex oceano eis vicino tollebāt. Pondus autem de vnaquaq; moꝛena erat ducentarum quinquaginta librarum. Erantq; in eodem flumine mulieres ſpecioſiſſime habentes capillos pulchros vſq; ad talos dependentes. Iſte ſiquidē mulieres extraneos homines natātes ꝑ ipm̄ fluuium attrahebant ad eas infinitos. ꝛ in arundinetum ducebant. et faciebant ſecum concumbere quouſq; moꝛiebātur. Et inſequētes eas macedones apprehenderunt ex ipſis duas que ſicut nix nitoꝛe candebāt. Statura autem illarum decem pedibus alte. ꝛ dentes habebant vt canes.

Quomodo Alexander deuicit duodecim reges.

p **Oſt hec abijt** alexander. et incluſit duodecim reges cum eoꝛum exercitibus. qui et tartarin dicebant. id ē gog ꝛ magog. Agatan. magebon. alegthoꝛ. Appelmai. limitb. Iunij. Bothe. Bedem. cemarre. cabellea. camarciant. Cathomi. amarde. getimadi. Anafag. Candoꝛem. Rinocephali. Thirbei. Alonis accimei. Philonis. Satramei ꝛ ſoltani.

d **Einde amoto** exercitu deuenit ad fines terre ad mare oceanum. Eratq; in ipſo mari inſulā in qua audie/